

Set cum et facilius successorem [el]ecturus sit si ex peregrinis quoque substituendi facul- | (15) tatem abuerit, hoc etiam praesto en⁴ deinceps ceteris, q[uo]d diadochen habuerint: licebit vel im pegreinum (*sic*) vel | (16) in civem Romanum ius hoc transferri.

(17) *Πλωτεῖνα Σεβαστὴ πᾶσι τοῖς φίλοις χαίρειν* (sequitur epistula Plotinae ad participes studii Epicurei Atheniensis).

Athenis rep. a. 1890, ad turrim Ventorum, sed viꝝ loco antiquo, nam frustum multo ante prodierat in Piraeo (III S. 12283. 14205¹⁵; A. Wilhelm Jahreshefte des oesterr. arch. Inst. 2, 1899 p. 270 cum imagine). Cf. Diels Archiv f. Gesch. der Philosophie 4, 1891 p. 486 seq.; Mommsen Zeitschr. d. Savigny-Stiftung f. Rechtsgesch., rom. Abth. 12, 1892 p. 153. — 1) A. p. Chr. 421 (Auguris praenomen accessit ex III S. 9759 cf. III S. p. 2328, 456). — 2) Epistula Plotinae ad Hadrianum. — 3) Scholarchum Athenis creari non potuisse nisi civem Romanum plane novum accidit (Momms.). — 4) Scr. ei et.

7785 Nardu (*sic*) | poeta | pudens | hōc | tegitur | tumulo.

Nolae, litteris magnis et bonis (X 1284 vidit Mommsen). Buecheler carm. epigr. n. 962. — Alios poetas dictos in lapidibus sepulcralibus habes supra N. 4849. 2954. 2955.

Medici.

7786 Numinib. Aug. | et Genio col. Hel.¹ | Apollini sacr. | Q. Postum. Hyginus | et Postum. Hermes lib. | medicis et professorib. | d. s. d.

Aventici (XIII 5079 = Inscr. Helv. 164 vidit Mommsen). — 1) Coloniae Helveticae. Cf. supra N. 2697. 7008. 7009.

Schola medicorum (in urbe) supra N. 5481. — Medicos vel medicorum mentiones habes etiam supra N. 4514. 4770. 1841—1846. 2092. 2093. 2193^a. 2194. 2452. 2542. 2601. 2602. 2898—2900. 3515. 5855^a. 5152. 5510. 6507. 6903. 7150^a.

7787 d. m. | C. Plinii | Valeriani | medici | qui vixit | ann. XXII m. VI d. V. | parentes.

Comi (V 5317 vidit Mommsen). — Propter hunc titulum Paulus Iovius medicus et rerum scriptor Comensis breviarium medicinae e Plinio aliisque aetate labente excerptum a Plinio Valeriano scriptum esse voluit (P. Iovius de piscibus romanis, Rom. 4524, cap. 38; cf. V. Rose Herm. 8, 59 seq., Teuffel hist. litt. §. 411).

7788 (*instrumenta chirurgica, inter duo volumina*) d. m. | P. Aelio Pio | Curtiano | medico, amico | bene merito, | A. Curtius Crispinus | Arruntianus¹.

Prope Praeneste rep. (XIV 3050 vidi; anaglypha repraesentavit Jahn Ber. sächs. Ges. d. Wiss. 15, 1861 tab. IX 10). — 1) Idem homo Aspendii in Lycia partem theatri aedificavit (III 251). Idem memoratur XIV 2695. Fortasse per eum medicus ille civitatem ab Hadriano impetravit, et ideo Curtianus dici voluit.

7789 C. Calpurnius Asclaepiades, Prusa ad Olympum¹, medicus, | parentibus et sibi et fratribus civitates VII² a divo Traiano | impetravit, natus III non. Mart. Domitianico XIII cos.³, eadem die | quo⁴ et uxor eius Veronia